deſcribere. Sicuti & alijs teſtatur Plato,
id facere conſueuiſſe. Sed & ipſe Ariſtoteles
horũ librorũ primo cap. 5. verbis is, quæ iã
attulimus conteſtatur.
» Plato igitur olim dedit animæ plura at-
» tributa, quorũ nos auriti fuimus teſtes;
» Sed non ſcripſit illum alioquin mentem eius
» lector deprehendiſſet.
Pleraque autem horũ librorũ dogmata,
ad animæ cognitionem pertinent. Et Platio-
nem expreſſo nomine, aliquoties adducit,
ut eodem capite inquiens.
Vnde dixit Plato, quod ſolutio animæ
a vinculis corporis, eſt cauſa aſcenſus ſe-
ptimo & cap. 4.
Atque hoc idem opinatus eſt Plato, de
anima vniuerſali, dicens. Et quæ ſequun-
tur. Et ſtatim ea exponit. Quæ nullibi
in ijs quæ extant ſcriptis reperitur. Ex-
cipit ergo hæc, & alia illa Ariſtoteles at-
tributa, quibus pleni ſunt libri, ex Platonis
viua voce. Et capit. ſettimo. Vnde mens
Platonis fuit ſequi locutionem veterum.
Xeno. vocat etiam alias, Senem, ut ca-
pitolo ſexto.